

Regimen contra epidemiam siue pestem

Ad Honorem sancte a iudicio due trinitatis glorioseque
virginis Marie. et ad utilitatem reipublice. proseruatione
sanorum ac reformatione lapsorum. volo aliqua de pestilentia
que nos frequentius inuidit (ex dictis medicorum magis
autenticorum) scribere. Et primo

- D**e signis pronosticis eius
- S**ecundo de causis.
- T**ertio de remedijis
- Q**uarto de fortitudinibus cordis et principali
lum membrorum
- Q**uinto et ultimo de fleu bothomia.

Ignis pestilentie pronostica septem ad sensus
assignantur. Primum est quoniam in una die estiua
li aura sepe mutatur. ut de mane apparet
pluviosa deinde nebulosa et deinde vetosa per
cipue a vento meridionali. Secundum signum
est quoniam sepe in tempore estiuali dies apparent
totaliter obscuria velle pluvere et non pluit. et tunc si diu dura
uerit timendum est de magna pestilentia. Tercium signum est
quoniam sunt multe musca super terram. hoc enim signum est quod aer ves
nenosus sit et infectus. Quartum signum est. quoniam stelle sepe
videntem cadere. et hoc iterum signum est quod aer sit infectus. et quod nulli
vapores venenosos sint in aere. Quintum signum est quoniam cometa
videatur volare. Et sicut habet in methauris. ista contingunt quoniam
cometa apparet secundum intermissionem horum in bellis ac. Unde visus
Mors fuit. urbs rapitur. leuit mare. sol operitur.
Regnum mutatur. plebs peste fame cruciatur
Sextum signum est quoniam multa fulgura et tonitrua sunt et precipue
venemaria a parte meridionali. Septimum signum est quoniam multe ve
tolitates a meridie procedunt. Ille enim descendunt et ininde sunt
Quoniam igitur ista signa apparet. timendum est de magna pestilentia
misericordia domini omnipotens ipsam sua pietate voluerit ammouere.

De causis pestilentie: